uti ludus concedendus, ut comitem mentem illis ad negotiorum ſublimitatem permittat, nec occupet importuno ſodalitii jure. Hinc ſubditis venationum uſu prohibitis, ſolis Principibus eum indulſit ipsâ naturâ monſtrante penè omnium gentium conſenſus. Ego ſanè hoc conſilio TIBI, *Sereniſsime Princeps*, qvem naſcendi ſors mihi Dominum, Tibi ſubditum me fecit, hoc qvicqvid eſt ſcripti, volui offerre. Nam & legentis animum gravioribus curis ſolutum voluptate qvadam perfundet, ſi ortus & incrementa rerum metallicarum, haud vulgaris naturæ miraculi, revolvet: & ſtudium Tuum, *Sereniſsime Domine*, in iis tuendis & promovendis eriget & acuet magis. Qvod ſi probari Tibi induſtriam hanc meam contigerit, ſummam votorum me conſecutum putabo, qvi jam hoc unicum Te, *Domine*, demiſſo cultu rogo, ut qvalecunqve hoc benigno vultu excipias, Tuoqve favore & clementiâ digneris

SERENITATI TVÆ

devotisſimum ſubditum

THOMAM Schreiber.